



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Persecutio Christianorum per Gallum cum Volusiano filio imperatoris. Cap.  
II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

tiæ medicandos, & Nouatum nihil habentem charitatis fraternæ cum reliquis sequacibus eius ab ecclesia sequestrari. Extrat de his epistola Cornelij ad Fabianum Antiochenum episcopum, & libellus Cypriani magnificentissime editus, quo & lapsos confortat, & contradicentes anathematizat.

DECIVS regnat annis duobus & tribus mensibus. Cap. II.

**I**Nterea Decius duobus nec integris annis functus imperio, cum filijs pariter occiditur. Quo tempore fertur etiam obisse Origenem, cum plenus esset dierum, & pene septuagenarius. Tunc Gallus cum Volusiano filio suo obtinet imperium. Cuius cum regnum floreret in initio, & cuncta ei ex sententia cederent, ad exemplum Decij sanctos viros qui pro parte regni eius deo supplicabant, persecutus est, cum quibus & prosperitatem suam & pacem fugauit. Per idẽ tempus quæritio oritur in Africæ partibus, de hæreticis rebaptizandis vel non, sed Cornelio cæterisque occidẽtalibus episcopis manet potius hæc sententia, post abiectionem dogmatis, sola eos manus impositione purgandos.

CORNELIVS sedit annis circiter tribus. Cap. III.

**I**Gitur Cornelio per martyrium consummato, Lucius succedit: quo solis mensibus octo functo apostolatu, Stephanus leuatur in antitistẽ, qui de non rebaptizandis hæreticis similem Cornelio fert sententiam.

Caput. .IIII.